

Vries: *Urtica / Secda*

1753



No 1983 <sup>4</sup> a







33

ULTIMVM  
HONORIS ET MERITORVM  
MONVMENTVM,



VIRO

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO,  
EXCELLENTISSIMO AC DOCTISSIMO,

DOMINO

PETRO BECKERO,

TOTIVS ACADEMIAE, REVER. COLLEGII DOMINORVM  
PROFESSORVM SENATORIORVM, AMPLISSIMAE FACVLTATIS  
PHILOSOPHICAE, NEC NON REVERENDI MINISTERII ECCLESIASTICI  
DOMINO SENIORI SVMME VENERABILI,

MATHEMATVM INFERIORVM PER LVI ANNOS P. P. O,  
LONGE CELEBERRIMO,

MINISTERII ECCLESIASTICI DIRECTORI ET SCHOLARCHAE  
GRAVISSIMO,

AD AÈDEM DENIQVE D. IACOBI PASTORI RELIGIOSISSIMO,  
VIGILANTISSIMO,

DE ACADEMIA ET ECCLESIA NOSTRA,

OFFICIISQVE IN VTRAQVE GESTIS

OMNIBVS ET SINGVLIS SVMME PROMERITO,

POSTQVAM

PER BEATAM ANALYSIN,

QVIDQVID IN IPSO FVERAT MORTALIS,

DIE XXV. NOVEMBRIS MDCCLIII

DEPOSVERAT,


ACADEMIAE NOMINE ERECTVM,

PER

IOACH. HENR. PRIES,

S. S. THEOL. D., MORAL. P. P. O. ET AD AÈDEM D. IOH. PASTOREM


ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS PRO-RECTOREM,



ROSTOCHII,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVCIS ET ACAD. TYPOGR.





AD TITULUM  
HONORIS ET MERITORUM  
MONUMENTUM

VIRO  
MAXIME REVERENDO, ABBATIBUS  
EXCERPTISSIMO AC DOCTISSIMO

D O M I N O  
P I E T T R O B E C K E R O

TOTIUS ACADEMIE HONORIS ET MERITORUM  
HONORARIUM MEMBRUM ET ACADEMICUM  
MEMBRUM ET ACADEMICUM

EDICTUM  
ACADEMIAE ET UNIVERSITATIS  
OMNIBUS ET SINGULIS

QUODDAM IN HOC FINI  
ACADEMIAE ET UNIVERSITATIS

IOACHIMUS  
E S T I T U T U M  
C O N T R A M O R T U A L I T A T E M

IOACHIMUS  
L O S T R O P H U S

HAEC IOACHIMUS ACADEMIAE ET UNIVERSITATIS  
L O S T R O P H U S







**I**nter memorabilia *Abelis*, qui primus omnium suo exemplo docuit, homines lapsos esse morales, merito numerandum venit, quod post mortem suam adhuc loquatur. Ita enim D. Apostolus Paulus Ebr. XI. 4. : Ἄβελ διὰ τῆς πίστεως ἀποθανὼν ἐστὶν λαλῶν. *Abel per fidem mortuus adhuc loquitur.* Mirum profecto! cum mors alioquin hominibus adimat, quemadmodum vitam corporis, ita et loquendi potentiam, eosque *καὶ* prorsus efficiat *πρόσωπα*. Digna igitur suo jure hæc circumstantia, quæ primo intuitu paradoxa videri potest, interpretibus visa est, in cujus sensum inquirerent penitius, quamvis non adeo felici semper successu, cum multiplex hic se manifeste dissensus.

Duo inprimis hic adsunt, quæ negotium facessunt. Prima difficultas latet in vocibus *διὰ* *πίστεως*, scilicet *πίστεως*, de quibus dubium est, utrum ad subjectum pertineant, ad Abelem nimirum mortuum; utrum vero ad prædicatum *ἐστὶν λαλῶν*. Qui prius admittunt in duplici iterum versantur differentia. Nonnulli enim cum b. SAUBERTO ex nostris (1), NORT, KNATCHBULLO, e Calvinianis (2), et H. GROTIUS ex Arminianis (3), illud *διὰ* *πίστεως* pro causa habent, propter quam Abel mortem fuerit violentam passus, adeoque hæc verba ita vertunt : *Abel propter fidem mortuus adhuc loquitur* (4). Quod quamvis equidem, si historiam spectemus, simpliciter negari nequeat, cum indignatio, quod Deus sacrificium *Abelis* gratiose respexerit, Caini vero non item, in Caino provocata, non sine probabilitate fuerit fratricidii causa, quod iis excutiendum

A 2

relinquo

- 1) In *Oper. posthumis* pag. 97. apud b. WOLFIIUM in *Cur. Philol. et Crit.* in *N. T. Tom. III. pag. 750.*
- 2) In *animadvers.* in *N. T. libros* pag. 117.
- 3) In *Critic. Angli.* *Tom. V. pag. 1524.*
- 4) Peculiaris hic est sententia ZEGERI in *Crit. Angli.* *Tom. V. pag. 1494*, qui *διὰ* *πίστεως* etiam referri posse putat ad *ἑρτίαν*, quod scilicet Abel propter illam hostiam, quam Deo obtulerit, interfectus fuerit. Sed rationes allate etiam contra hanc interpretationem merito urgentur.



relinquo, qui Historiam Ecclesiasticam V. T. excoluerunt, et in Genesin commentati sunt; id tamen certum est; a veritate historica ad hermeneuticam non valere consequentiam, et praeterea Grammaticam veritatem, quam hermeneutica supponit, hic maxime periclitari, cum particula *διὰ*, si causam denorat, cum Accusativo construatur, non vero cum Genitivo (5). Alii e contra particulam *διὰ* idem hoc loco denotare putant, quod *κατὰ* sive *ἐν*. Ut sensus idem sit ac: Abel in fide mortuus s. fide finali donatus fuit, quemadmodum Paulus v. 13. asserit: *καθὲν πνεῦν ἀπέθανον ἅτοι πάντες*, quibus verbis Abelem v. 4. commemoratur citra dubium simul includere voluit (6). Nec video, quid hic opponi queat, inprimis cum verba hac ratione inter se combinata sensum fundant commodissimum, nexusque inter verba, ut a Paulo posita sunt, haud luxetur. Posterius interim communis solet esse sententia, fidem Abelis adhuc loqui, sive mortuum per fidem adhuc loqui, quemadmodum summus noster LUTHERUS: *Und durch denselben redet er noch, ob er gleich gestorben ist.*

Altioris vero indaginis videtur quaestio, quid sibi velit praedicatum *ἐν* *λαλέσαι*, utrum ex usu verborum mediorum in Activo, utrum vero in Passivo id capiendum sit, et si prius, de quam loquela, proprie an vero improprie tali, sermo instituat. Dantur quamplurimi qui Passivum hic quaerunt, ita ut sensus sit: Abelis fidem post mortem adhuc laudari, celebrari, honorificoque testimonio Dei, Genes. IV. 10. 11, Christi, Matth. XXIII. 35, omniumque fidelium in Ecclesia ornari. Ita ex Patribus permulti, (7) quamvis inveniantur, qui in explicatione horum verborum sibi non contenti, b. HUNNIUS, b. BALDWINUS (8), JOS. SCALLGER (9), JOH. COCCEJUS (10), NORT. KNATCHBULLUS (11), DAN. HEINSIUS (12), VATABLUS (13), et recentissime WETTSTENIUS (14). Sed quo minus horum sententiae accedam, adsunt rationes, ut puto, sat evidentes. Equidem si autoritatibus standum esset, his ista facile dirimi posset. Ex sententia enim b. SEB. SCHMIDII (15), maximi inter Scripturae interpretes nominis, in N. T. verbum *λαλέω* de laudum deprecatione non solet frequentari. Verum, si dicendum quod res est, Viro laudatissimo citra dubium lapsus memoriae hic accidit, cum *λαλέω* in N. T. notionem laudis celebrationis, honorificaeque mentionis secum utrique habeat conjunctam. Sic enim Lucas cap. II. 33. narrat: parentes Jesu admiratione fuisse percussos, *ἐπὶ τοῖς λαλοῦσιν* πρὸς

5) Vid. MATTH. DEVARIUS de graeca linguae particulis pag. 110.

6) Ita b. BENGELIUS in *gnomone* N. T. ad h. l. pag. 951.

7) Apud JUSTINIANUM, quem excitat b. SEB. SCHMIDIUS in *Commentar. in Epistol. ad Hebraeos* pag. 1195.

8) apud b. SEB. SCHMIDIUM l. c.

9) apud SNABELIUM in *exercit. Theolog. Emblematicis et typicis* pag. 103.

10) in *Commentar. in Epistol. ad Hebr.* pag. 517.

11) loco nota 2 jam cit.

12) in *Exercitation. S.* ad h. l. 13) in *Crit. Angl. Tom. V.* pag. 1491.

14) in N. T. Tom. II, pag. 424. 15) l. c. pag. 1195.



μεγίστη, super iis, quæ in gloriam filii a Simeone dicta erant v. 30, 31. 32, et Christus Matth. XXVI. 13. de muliere ipsum ungentem dicit: Ubi unque prædicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, λέξασθε τὸ ῥηθὲν καὶ ἐπισημεῖται ὑμῖν, laudabitur, celebrabitur etiam quod ipsa fecit, quemadmodum LUDOV. de DIEU jam dudum annotavit 16). Alia interim præsto sunt argumenta, quæ significatum passivum prorsus exulare hic faciunt, quæve ut activum hic cum PATRIBUS ECCLESIAE LATINÆ fere omnibus (17), cum VINARIENSIBUS, b. GERHARDO (18) H. GROTIUS (19) HAMMONDO (20), JAC. CAPPELLO (21), LIMBORCHIO (22), Versione Barava, vulgo *der Herren von Staaten Bibel* dicta, BRAUNIO (23), CASTALIONE (24), FESSELIO (25), et recentioribus, b. WOLFIO, qui ad hanc interpretationem accedere videtur (26), b. ZELTNERO (27), b. BENDELIO (28), Celèb. Dn. D. HEUMANNO (29), HUTHIO (30), CARPZOVIO (31), FRISCHIO (32) et KAHLERO (33), unice assumam, mihi non tam persuadent, quam potius me cogunt (34). Primo omnium provoco ad auctoritatem Codicum antiquiorum, quos JOH. MILLI-

B US

- 16) in *Critica S.* pag. 747.
- 17) Hæc ESTIUS refert apud b. SEB. SCHMIDIUM l. c.
- 18) apud b. SEB. SCHMIDIUM l. sæpius citato.
- 19) in *Crit. Angl. Tom. V.* pag. 1524.
- 20) in N. T. ex edit. JOH. CLERICI Tom. II. pag. 334.
- 21) in *Crit. Angl. Tom. V.* pag. 1505.
- 22) in *Commentar. in Epist. ad Hebræos* pag. 678.
- 23) in *Commentar. in Epist. ad Hebræos* pag. 710.
- 24) in *Crit. Angl. Tom. V.* pag. 1592.
- 25) in *Advers. Saer. libr. IX. cap. I. p. m. 365.*
- 26) in *Curis philol. et Crit. in N. T. Tom. III. pag. 750.* Mens Viri beati circa dubium est, Activum hoc loco assumi debere, quamvis si verba ejus spectemus, non absit ab eorum sententia, qui Passivum hic quaerunt. Ita enim scribit: Patet, Apostolum hic eleganter per ὁμοιωσεν loquelam tribuere etiam mortuo, quemadmodum sanguini loquelam adscribit Hebr. II. 24. *Loquitur autem per testimonium in scriptura S. Genes. IV. 9. obvium.* Si per testimonium in Scriptura loquitur, sane laudatur.
- 27) in *Biblis* ab ipso editis ad h. l.
- 28) in *gnomone N. T. l. c.*
- 29) in *versione N. T.*
- 30) in *differt. I. Erlang. 1753* habita f. r. Cædes Abelis et Zachariae in nece Christi et Jacobi Justi pag. 13.
- 31) in *S. exercitation. in S. Pauli Epistol. ad Hebræos ex Philone Judæo* pag. 607.
- 32) in *der Kritik über die Heumannsche Uebersetzung des N. T. Part. II.* pag. 638.
- 33) in *Syncrips. Habelis atque Lutheri*, quæ Rintelii 1746 prodit. Vid. pag. 10. seqq.
- 34) Dantur quamplurimi, qui utrumque, Activum scilicet et Passivum conjungunt, e. gr. AMELIVS apud b. WOLFIVM l. c. ad h. l., b. RAMBACHIUS in *Commentar. in Epist. ad Hebræos* ad h. l., qui tamen in explicando hoc dicto a se ipso dissentit, vid. *Ejus Historia Eccles. V. T. Tom. I. pag. 94.*, b. BEBELIVS *Disput. de Clamore sanguinis Habelis*



US (35), b. BENNELIUS (36) et WETTSTENIUS (37) excitant, inter quos merito, velut stellas inter luna minores, emicant pretiosissimum totius antiquitatis *κεμήλιον*, Codex scilicet Alexandrinus, qui *λαλέει* legunt non *λαλέσει*. Provoco ad versionum antiquissimarum fidem, inprimis Latinae: per fidem defunctus adhuc loquitur, et Syriacæ, quæ habet *ܠܘܠܝܢܐ* loquitur, ut alias taceam. Accedit autoritas Patrum Ecclesiæ, de vera lectione suorum temporum testantium, inprimis THEOPHYLACTI (38), qui eos manifeste reprehendit, qui *λαλέσει* substituunt. Quæ omnia ita comparata sunt, ut non possim non JOH. MILLIO (39) prorsus assentiri, qui *λαλέσει* primum explicationis causâ margini adjectum, et successu temporis in ipsum textum fuisse receptum asserit, quemadmodum etiam b. BENNELIUS, Vir in arte Critica, si quis alius, versatissimus, non dubitat, lectionem, quam editiones impressæ, quamvis non omnes (40), tuentur, minus esse firmam. Accedit, quod activum *λαλέει* magis conveniat cum iis, quæ Scriptura S. Genes. IV. 13, et Paulus Ebr. XII. 24, de Abele commemorat, ubi clamor et loquela sanguini ejus in activo adscribuntur, quemadmodum etiam, ut ex mox dicendis apparebit, id ipsum scopo Paulino sapientiæque Spiritus S. accommodarius est. WHITBYUS (41) equidem et qui cum ipso faciunt, receptorum in exemplaribus nostris N. T. impressis, a primis eorum editoribus qui tamen infallibilitatis dono haud instructi, imo ne quidem necessariis subsidiis Criticis adjuri fuerunt) adornatis, lectionum accerrimi defensores, *λαλέει* pro lectione spuria venditare non audent, nec tamen *λαλέσει* deſerere volunt, sed potius utramque lectionem inter se conciliare student, cum putent *λαλέσει* significatu medio idem esse ac *λαλέει*. Comprobanda tamen accuratius fuisset adoptata illa τὸ *λαλέσει* in Medio significatio. Certe! in N. T., ut inspectio quemlibet docebit, vox *λαλέει* in Medio non occurrit, utrum vero in autoribus profanis ejus rei offendantur exempla, dubitant Critici in arte sua præstantiores

*Habelis et Christi* §. 6, SNABELIUS in *amoenitat. Theolog. Emblemata. et Typicis* pag. 103, PARAEUS in *Commentar.* ad h. l., van den HOECK in *Commentar. in Epistol. ad Hebr.* ad h. l., FRANC. BURMANNUS in den *Bibl. Bisten* pag. 39, et forsitan plures. Verum cum Activum et Passivum manifeste diversos fundant sensus, quos Spiritus S. una eademque propositione intendere haud potest, quomodo cum unitate sensus hoc assertum conciliare velint hi omnes, videant ipsi.

35) in N. T. pag. 534. edit. KUSTERI.

36) in N. T. pag. 318. et in apparatu crit. pag. 724.

37) in N. T. Tom. II. pag. 424.

38) qui diserte ait: τὴν τῶν ἀγγέλων λαλέει ἔχουσιν ἐ καλῶς οἰμαί, vid. WHITBYUS loco mox citando.

39) in *Proleg. N. T.* præmissis num. 639.

40) Sic enim editio, quam ALDUS MANUTIUS Venetiis 1518 procuravit, quæve vulgo ALDINA vocari solet, nec non FROBENIANÆ s. ERASMIANÆ legunt *λαλέει*.

41) in *Examine variantium lectionum* IOH. MILLII in N. T. pag. 304. ex edit. Lugd. Batav. 1724 in 8vo.



tiores (42). WETTSTENIUS (43) quando, non obstante autoritate Codicum versionumque antiquiorum, nec non Ecclesiæ Patrum, de lectione suorum temporum testantium, λαλέσει præferat, eo quod I. ista lectio simplicior videatur, nec præterea 2. appareat, quo sensu loquela mortui possit esse vel signum vel testimonium fidei ipsius, qua prius argumentum ἀβελήσων suam criticam, cuius tot et tanta specimina edidit, etiam hic manifeste prodit, ceu ex sequentibus luculenter apparebit, qua posterius vero supponit, quod probare nequit, διὰ πίστεως scilicet ad prædicatum λαλέσει, non vero ad subiectum ἀπεθανόν pertinere.

Quantum nunc vero ad sensum integræ propositionis attinet, non alium hic assumere licebit, quam qui a Mose Genes. IV. 13, et a Paulo Hebr. XII. 24 nobis suppeditatur, scilicet: quod sanguis Abelis, tanquam viri innocentis atque fide donati, dolose profusus clamitet ad Deum vindictamque exoptat. Fides enim et sanctitas eadem illius fecerunt maxime enormem. *Εἰ λαλέει* inquit Apostolus. Præsens autem non solum actum continuum jam indicat, sed quoque per additam particulam *εἰ*, magis id confirmatur. Accedit, quod Christus Matth. XXIII. 35 sanguinem Abelis iusti nobis sistat, tanquam tunc temporis adhuc loquentem, et Paulus Hebr. XII. 24 sanguinem Christi et Abelis inter se comparet, quorum tamen alter continuum clamat, Illis igitur, qui cum ESTIO, LIMBORCHIO, et ex recentissimis cum Celeb. Dn. D. HEUMANNO imperfectum aut præteritum hic assumunt accedere nequeo. Quod vero per loquelam Abeli mortuo hic tributam clamorem sanguinis ejus unice intelligam, rationes mihi adfuerunt sufficientissimæ. Primam jamjam urfir b. SEB. SCHMIDIUS (44): *procul dubio, scribens, Paulus ejusmodi quid hic dicere voluit, quod Abeli peculiare. Atqui gloria et fame celebratio in Scriptura S. illi cum omnibus reliquis sanctis communis est. Insuper ut reliqua de Abele ex Genesi desumpta sunt: ita hoc recte etiam ibi queritur. Vindictam igitur adhuc clamat, non vindicte nimium cupidus, sed per fidem adeo Deo gratus, ut Deus vindictam ejus in recenti semper memoria habeat, vel potius ejus innocentiam. Aliam adhuc suppeditat penitior copii Paulini consideratio, quæ de alia loquela præter eam, quæ est profusi sanguinis, nos cogitare haud sinit. Scribebat Paulus Hebrais Hierosolyma et in Palestina degentibus, quibus in quotidianis persecutionibus a Judæis carnalibus sanguinis profusio metuenda erat, quosve in fide roborare et contra apostasiam præmunire volebat, quemadmodum alio loco evici (45). Ad hunc finem obtinendum exemplum Abelis, post mortem profusi sui sanguinis vindictam*

B 2

ctam

42) Vid. de DIEU l. c. Non est dissimulandum, scribit, cum εἰ λαλέσει vertimus adhuc loquitur, pro verbo medio haberi, et poni pro λαλέει. Quod tamen insolens esse fatemur, nec in ullo alio loco N. T., nec fortasse apud ullum probatum autorem usurpatum, ubique enim passim usurpatur.

43) loc. nota 37. cit.

44) in Commentar. in Epist. ad Hebr. l. c.

45) in Dissert. mea inaugurali de non consummatis Patribus V, T. §. 2, pag. 8, et §. 15, pag. 65. seqq.



etiam a Deo exposcentis, adeo accommodatum erat, ut salva sapientia, quæ auctori Scripturæ S. propria est, omitti haud potuerit. Ex clamore enim sanguinis Abelis discere poterant et debebant Hebræi, pretiosam esse mortem fidelium coram Deo, discere poterant et debebant, quid expectare debeant a Dei iudicio piorum oppressores, quid expectare debeant a Dei misericordia fideles in suis calamitatibus, qualesve esse debeamus in agonibus ejusmodi, ut bene monet JAC. CAPPELLUS (46). Miror igitur b. ABRAH. CALOVIUM (47) scribere potuisse: *de sanguine Abelis et fratricidio Caini hic nulum verbum Apostolus. Nihil hic facit loquela vel clamor sanguinis, ubi unice commendatur fides Abelis. Quid enim hic clamor et vox sanguinis occisi Abelis ad fidem fideique præconium?* Ex dictis simul concipi potest, lectionem illam λαλιὰ sua simplicitate præ altera, quæ habet λαλιᾶς, se maxime commendare, cujus contrarium, ut in antecedentibus dictum est, defendit WETTSTENIUS. Ut enim taceam de ἀποδεικτικῶν lectionum ex probatissimis et antiquissimis codicibus, versionibus ad textum originale primis Christianismi temporibus, ubi Codices præsto erant, secundum autographa Apostolorum exarati, conformatis, nec non ex testimoniis Doctorum Ecclesiæ, ubi textum S. ad literam citant, inprimis ubi lectiones spurias suorum temporum indicant, judicandum, non vero conjecturis indulgendum, et quid nobis simplicius videatur, quid non, festandum esse: maxime hoc loco videndum erit, quæ lectio sit simplicior, quæ vero coacta. Hæc duo enim opposita esse quilibet fatetur. Lectionem autem simpliciorē appello, quæ cum scopo auctoris totiusque orationis nexu exacte convenit, et sine omni difficultate cum his omnibus conciliari potest. Jam vero scire vellem, quid in genuina lectione: Ἄβελ διὰ πλῆθους ἀποθανῶν ἐστὶ λαλιὰ occurrat difficultatis aut coacti.

Unicum interim adhuc discutendum restat, scilicet: qualisnam sit ista loquela Abeli tributa, utrum proprie talis, utrum vero improprie talis? Illa sonis oris articulatis constat, qui signa sunt cogitationum, hæc vero cuilibet rei competit, per quam entibus intelligentibus aliquid quomodocunque representatur. Prior hic prorsus in censum venire nequit, cum Abeli *mortuo* loquela tribuatur. Loquela enim proprie talis viram corporis supponit, quæ in morte cessat. Hinc qui cum PHILONE (48), quem sequitur JOH. d'ESPAGNE (49), cujus iterum vestigia premit b. RAMBACHIUS (50), immortalitatem animæ innui putant, dogmaticam quidem veritatem defendunt, non tamen exegeticam. Argumentatio enim: *Si loquitur, Ergo vivit*, non procedit, nisi loquela pro-

46) in *Crit. Anglic. Tom. V. pag. 1505.*

47) in *Bibliis N. T. illustr. Tom. II. pag. 1352.*

48) apud. Celeb. CARPZOVIUM l. c. pag. 506.

49) in den gelehrten und scharfsinnigen Christen ex vers. b. HOSMANNI in primis pag. 338. Es geschieht, daß um Abels selbige Unsterblichkeit ausgedructen, derselbe vorgestellt wird, als ob er niemahls gestorben wäre, sondern als wenn er noch lebte und redete auf Erden.

50) in *Histor. Eccles. V, T. Tom. I. pag. 94. Conf. tamen nota 34.*



proprie talis, quæ tamen per modo dicta impossibilis est, assumatur. Impropria potius hic locum habet loquela, cum sit clamor sanguinis profusi, eodem plane modo intelligendus, ac de peccatis omnibus, inprimis atrocioribus, de quibus Scriptura S. dicit, quod clamitent ad cœlum, de quibus Theologia Dogmatica plura dabit. Aliam hic viam ingrediuntur ex iis, quos supra allegavi pro Activo decertantibus, nonnulli, quos velut agmine factio sequi solent Oratores Sacri, qui quamvis in eo recte sentiant, loquelam improprie talem hic assumendam esse, in eo tamen hallucinantur, quod in adolem rationemque hujus loquelæ in eo ponant, quod fides et sanctitas Abelis suo exemplo omnes doceat, motivaque subministrat, ut eandem fidem pietatisque Deo exhibeamus, testimonioque Divino, quo Abel condecoratus fuit, studeamus, quippe quod argumentis supra stabilitis adversum est. Longior est horum numerus ex antiquioribus pariter ac recentioribus temporibus, quorum tamen nominibus non sine ratione parco. Hi omnes, ut facile prævideo, interpretationem in medium productam haud æque ferent, cum ea ipsa eripiatur illis textus memoria commendari, et ad usum superfluum accommodari potest, ex ipso mente convenientissimus. Doleo eorum indignationem, nec tamen, victus pondere argumentorum, quæ allegavi, cedere loco et in eorum castra transire possum. Interim tamen id lubens profiteor, rem ipsam (quamvis eam in verbis Paulinis invenire nequeam) firmissimo peritare talo. Certum enim est: omnia exempla fidelium omnium temporum nos ad sui imitationem invitare, nobisque motiva suppeditare ad eandem fidem pietatemque haud inficam Deo exhibendam. Quemadmodum enim dantur peccata post mortem commissa, in quantum partim confectaria peccatorum post mortem perdurant, partim mala exempla hominum sceleratorum causa moralis peccatorum in aliis evadere possunt: sic etiam virtus post funera vivit, partim ob effectus suos produxit, et qui in mundo post mortem perdurant, partim ob exempla quæ imitanda sistit, quibus quanta insit vis ac efficacia flectendi hominum animos nemini ignorari potest, qui quantum doctrinæ morali paradigmaticæ statuendum sit pretium non ignorat (51). Scriptura S. ipsa eum in finem tot exempla sanctorum V. et N. T., imo dulcissimi nostri Servatoris ob oculos nobis ponit, ut cedant nobis in doctrinam et imitationem, Rom. IV. 23. 24., cap. XV. 4., I Cor. X. 5. I Petr. II 21, Paulusve inprimis auditores in Ecclesia admonet, ut Doctorum suorum in Domino morientium exempla intueantur, eorumque fidem imitentur Hebr. XIII. 7. Hoc igitur, quamvis longe alio, quam quem Paulus de Abele mortuo intendit, sensu, de omnibus fidelibus recte valet, quod post mortem adhuc loquantur.

C

Au-

51) Ex instituto hac de materia tractantem consulere licet b. ROM. TELLERVM Dissert. de tribus Sacrae morum doctrinæ methodis, quæ aucto curis accessionibusque Viri Celeb. Compendio Theologiae Moralis b. IO. ANDR. SCHMIDII adheret, inprimis Cap. II. pag. 22.





Augēt horum numerum LAUDATISSIMUS MERITI-  
SQUE GRAVISSIMUS SENEX, cui nunc tandem superatis feliciter  
variis, quae in conquirendis iis, quae ad Biographiam ejus spe-  
ctant, semet objecerant impedimentis, totius Academiae nomine,  
hoc quiddid est Virtutum & Meritorum monumentum non sine  
dolore erigo, *Vir maxime Reverendus, Amplissimus ac Doctissimus, Do-*  
*minus PETRUS BECKERUS, Totius Academiae, Rever. Collegii*  
*Domitorum Professorum Senatoriorum, Amplissimae Facultatis Philoso-*  
*phicae, Reverendique Ministerii Ecclesiastici Rostochiensis Senior maxime*  
*Venerabilis, Mathematicarum inferiorum Physicesque per LVI annos, rarissi-*  
*mo inter nos exemplo, Professor P. O. longe celeberrimus, Reverendi*  
*Ministerii Ecclesiastici Rostochiensis Director & Scholarcha Gravissi-*  
*mus, nec non ad adem D. Jacobi Pastor religiosissimus meritissimusque,*  
cujus exitium virtutis exemplum, quod sequentibus recensendum  
mihi venit paginis (52), serā posteritati suo jure meritoque com-  
mendandum erit, non ut Academia solum commonstret, scire se  
meritis tanti Viri, quem inter ornamenta sua numeravit, ju-  
stum statuere pretium, innotescatque omnibus ac singulis, quot et  
quantum in Venerando isto Senē perdidimus, sed etiam loquat-  
ur ipse Vir incomparabilis, suoque exemplo, quamvis mortuus, doceat omnes, quemadmodum versatus inter vivos et verbis et factis  
Doctorem egit nostrae Academiae et Ecclesiae neminifecundum.

Natus is est hic Rostochii MDCLXXII. d. 3 Novembr. hora  
3 pomeridiana, *Patre* Viro quondam *Maxime Reverendo, Amplissimo*  
*ac Doctissimo M. HERMANNO BECKERO, Prof. Phys. et Mathem.*  
*inferiorum celeberrimo, et Ecclesiae Jacobae Pastore meritissimo, Viro*  
cujus memoriam nulla unquam delebit aetas (53), *Matre* vero  
*Praenobilissima ac Virtuosissima Domina AGNESA HASSERTZ,* cujus  
rarum pietatis, fiduciae in Deum, constantiae in adversis, reliqua-  
rumque virtutum exemplum, adhuc inter plurimos nostrae Civitatis  
incolas manet alta mente repositum. *Avum Paternum* veneratus  
est Virum honestissimum ac integerrimum HARM BECKER, ex  
Westphalia oriundum, Civem et Mercatorem hujus urbis dexterri-  
mum, *Aviam* vero exosculatus est GERTRUDAM MAHNEN.  
*Avus* in linea materna ipsi extitit Vir *Praeclarissimus, Dominus*  
PETRUS HASSERT, Civis et Mercator Rostochiensis floren-  
tissimus, *Avia* vero Domina AGNETA von HASSELN. Nati-  
vitas

- 52) Praestiterunt id ipsum jamdudum alii, quamvis concisus, scilicet  
b. HABICHHORSTIUS in *Rostochio literato* pag. 181. seqq., Ce-  
leb. et S. V. Dnus GOETTENIUS in dem *ist-lebenden gelehrten Eu-*  
*ropa* Tom. I. pag. 229, Illustr. MOSERUS in dem *Beitrage zu ei-*  
*nem Lexico der ist-lebenden Lutherischen und Reformirten Theologen in*  
*und um Teutschland* pag. 53, qui tamen GOETTENIUM sequitur.  
53) De quo vid. b. GRAPPIUS in *evangelischen Rostock* pag. 189, emen-  
dandus tamen et supplendus ex biographia, quam B. noster Dnus  
Director inferi curavit scripto utilissimo pariter ac jucundissimo  
f. tit. *Uebers von gelehrten Rostochischen Sachen 1737* num. 6 pag.  
81. seqq.



vitas b. nostri Dni Directoris accidebat in die Dominica, cum  
 Ecclesia in Templo ad celebrandum cultum Divinum externum  
 semet congregasset, ipseque Parens *τὸ Μακαρίστου* cœtui huic sacro  
 interfeset. Erat hunc inter alterumque suorum Collegarum in  
 officio Ecclesiastico, nescio quid subortum, quod hujus indignatio-  
 nem provocabat, et ut Beati nostri Parens in ipso, qua alias fruius  
 erat, affabilitatem comitatemque ex aliquo tempore desideraverit,  
 efficiebat, quod ipsum adhuc eo die, quo nasceretur b. noster, in  
 Collega suo, penes quem locum, in subfelliis Verbi Divini Ministris  
 assignatis, occupaverat, observabat. Mirum in modum igitur con-  
 tristabatur Vir pientissimus, Deum supplex rogans, vellet is animum  
 Collegæ sui ita flectere, ut austeritatem deponeret, animumque, qui  
 Collegas decet, iterum assumeret. Annuebat Deus hisce precibus,  
 et beate nostro defuncto tamquam instrumento reconciliationis vte-  
 batur, qui hoc ipso statim sub egressum ex utero materno demon-  
 strabat, quod per totam suam vitam comprobavit, se esse *εὐεργετησίου*.  
 Vix enim lætam illud nuntium ad Parentem Beati nostri Dni Di-  
 rectoris, adstantemque ipsi Collegam, de nativitate hujus filii de-  
 clarum erat, cum Collega austeritatem suam deponens, in hæc verba  
 erumperet: *Herr Collega! der will uns beyde vertreiben*, quod  
 quam vere, quamvis casu, dictum fuerit, eventus postmodum com-  
 probavit. Duplici ergo ex causâ Parens beati nostri defuncti læ-  
 tabatur.

Donatum sibi divinitus filium mox per lavacrum sacri ba-  
 ptismatis Deo reddebant optimi Parentes, susceptoris vicibus post  
 alios fungente, Viro Summe Venerabili et Doctissimo, Domino  
 FRANCISCO WOLFIO, t. t. S. S. Theol. D. et P. P. O. longe cele-  
 berrimo, ad ædem D. Mariæ Pastore meritissimo, et Reverendi Mi-  
 nisterii Directore gravissimo, postmodum vero apud Hamburgen-  
 ses ad ædem D. Nicolai Pastore itidem meritis inclyto, qui nostrum  
 b. defunctum ardentissimis suspiriis Deo commendavit, eundemque  
 amore plane singulari per totam suam vitam complexus est.

Parentes interim, quidquid ad formandum et ad pietatem lau-  
 datissimamque quævis cum Deo et die manuducendum filium fa-  
 cere poterat, intermiserunt nunquam, et quod Pater ipse, concate-  
 natorum laborum mole pressus, nequivit, commisit aliis, Quem in  
 finem Præceptores domesticos privatos, quamdiu vixit, non sine  
 sumtu aluit. Inprimis beate noster defunctus magna cum laude  
 nominare solitus erat, b. Dnum FERSEN, Pastorem deinceps apud  
 Jendendorfses in Ducatu Megapolitano, ex cujus institutione et  
 disciplina, quamvis nonnunquam severiore, profecerit. Pietatem in-  
 primis, quæ est veræ sapientiæ initium, a tenerrima infantia secta-  
 tus est, præmio fidei et pietatis inter coelites nunc decoratus Dnus  
 Director, optimorum suorum Parentum monitis et exemplo in-  
 flammatus. In tenerrima enim infantia adhuc constitutus scæpius  
 loca solitaria quæsivit, ubi flexis genibus, expansisque ad cælum  
 mani-





manibus se suaque fata DEO commendavit, fructu precum suarum per rotam vitam fruitus.

Annus agebatur MDCLXXXI cum præmaturus licet, beatissimus tamen dulcissimi genitoris obitus, Conjugi numerosaque proli ejus, et inprimis beate nostro defuncto, ceu filio natu minimo, quantum per ætatem puerilem, quæ jacturam istiusmodi irremediabilem admodum superficialiter penitare potest, licebat, luctuosissimus existeret. Patre igitur decedente omnem filii curam providentissima Mater superstes in se suscipere debebat, quæ cum necessitate adacta, Doctores domesticos ulterius alere haud posset, filium suum publicis Scholæ oppidanæ Præceptoribus, b. Dno MOHR, t. t. Rectori meritisimo, b. Dno JOACH. OTTONI, Con-Rectori, et successu temporis Rectori hic et Güstrovii laudatissimo, et b. Dno JAC. BVGMANNO, t. t. Con-Rectori dexterrimo, postmodum vero in hac Academia Linguae Græcæ P. P. O. celeberrimo, et Pastori Nicolaitano meritisimo commisit, sub quorum manu ductione in pietate literisque, quæ ad humanitatem ducunt, egregios fecit progressus, per octo fere annos horum, quos recentius, Virorum institutione et disciplina utus.

Cum vero b. nostri defuncti avunculus b. Dnus HASSERT, J. U. Licent. Civitatisque Anclamensis in vicina nobis Pomcrania Consul, amantissime ipsum ad se vocaret, ut ibi in Schola, tunc temporis sub, b. WASMUTHO florente, studia sua scholastica excoleret et perpoliret ulterius, voluntati ejus raorem gessit, et per unius anni spatium omni ardore, qui optimæ spei juvenes animare solet, in eo, quod ingressus erat, studiorum scholasticorum curriculo, decurrere perrexit. Tempus enim aderat, ut studiis Academicis mentem suam applicaret. Iter igitur in Patriam ingrediebatur MDCLXXXIX in quo Gryphiswaldiæ, quam celebre Musarum emporium esse novimus, per quam tendens ad patrios penates cursum suum direxerat, per aliquot temporis spatium substitit, ut Academiæ statum sibi cognitum redderet et perspectum. Quæ ipsi commemoratio multo fuit usui, inprimis quod favorem Dnorum Professorum, cum laude ibi docentium, sibi conciliare potuerit, de quo Juventula in sequentibus semet manifestabunt documenta.

MDXC d. 12 Jul., testantibus id membranarum Matriculæ nostræ Academiæ, in numerum Civium nostrorum cooptabatur, Magnifico t. t. Domino Rectore JOH. FESTINGIO, J. U. D. et P. P. O. celeberrimo, Consistoriique Ducalis Consiliario gravissimo (54). Studio Theologico semet dicaverat ὁ μακαρίτης. Hinc Theologorum nostratium scholas solertissime frequentabat, inprimis b. Dni FRANC. WOLFII,

54) Refero hæc autoritate membranarum Matriculæ Academiæ nixus, quippe quas hunc in finem inspexi. b. HABICHHORSTIUS igitur, qui in *Rostochio literato* pag. 182. anno jam 1689 factum id esse refert, emendandus venit, reditum ejus ad Rostochienfes cum initio studiorum Academicorum confundens.



WOLFII, quem ceu alterum Parentem experiebatur. Præter studium Theologicum Mathesin in deliciis habebat, beati Parentis exemplum imitatus, qui huic studiorum generi se totum consecraverat. Altissimi tamen hic primo intuitu montes Viro beato semet objecerunt, quos tamen omnes incredibili et vix imitando studio superavit. Post mortem enim b. HERM. BECKERI nullus hic Mathematicum Professor constitutus fuerat, nullusve alius privatim in Academia docens aderat. qui in hoc studiorum genere Viro beato prima principia tradere, et ad faciendos ultiores progressus præparare poterat. Erat præterea ea temporum indoles, ut deficerent libri principia Matheos ita pertractantes, ut juveni orali institutione destituro usui esse potuerint. Bibliotheca b. Parentis erat distracta, schedæ ejus dissipatæ, sumtusque ad comparandam Bibliothecam deficiebant. Vicit tamen hæc omnia ferrea constantia diligentiaque, et quod primarium est, piis precibus et fiducia in Deum vinci nescia. *Ἀντιβιβλίωτος* evadere qui *ἡγεροβιβλίωτος* esse haud poterat, tantaque cum assiduitate proficiendique ardore meditationibus suis indulget, ut valendo corporis haud leve exinde sentiret dampnum.

Per biennium (55) studiis suis Academicis indefessam navaverat operam, cum ferente ita providentia Divina mortalium vicissitudines dirigente, Musis nostris per aliquot temporis spatium, vale dicendum ipsi esset. Occasionem suppeditabat inopinatus fratris natu majoris, b. nunc Domini HENRICI BECKERI, redius in patriam, ejusque ad Diaconatum Jacobum vocatio, quæ MDCXCII contingebat. Is in itinere constitutus, in notitiam Viri Pranobilissimi et Gravissimi, Domini GODOFREDI BECKERI, J. Cti Esenensis, illiusque districtus per multos annos Præfecti et de bono publico meritissimi, b. nostro defuncto artiffimo consanguinitatis vinculo juncti, pervenerat, apud quem memoriam generis Beckarianæ, in his oris florentis, renovaverat. Circumspiciebat Vir modo laudatus Virum, Juvenem pium, moratum, doctum, cui curam filii sui unici, qui postmodum ad insignem Cancellarii in Aula Ducis Frisæ Orientalis dignitatem ascendit, concedere possit. B. noster defunctus igitur ad suscipiendam hanc spartam amantissime invitatus, partim ob *σέσην* erga consanguineos, partim dulcissimi fratris consiliis excitatus, partim ex naturali visendi exteris propensione, proficiendique desiderio facile inducebatur, ut oblatam provinciam in se suscipere. Quapropter MDCXCII, anno ætatis suæ vigesimo, in Frisiam Orientalem secedebat, et a Consanguineo suo humanissime exceptus, per biennium omni cura demandatis sibi partibus faciebat satis (56). Nec deerant occasiones una plures,

D

quæ

- 55) b. HABICHHORSTIUS l. c. pag. 182 Virum Beatum per triennium hic Studiosi partes strenue implevisse scribit. Conf. tamen nota immediate præcedens, ubi origo hujus *παροπιδίωτος* dederit.
- 56) Inter alia, quæ Beato Dno Directori in his oris conrigerunt, memoratu dignum mihi videtur, quidquid in Judæo quodam expertus est,





quæ fixam in his regionibus ipsi sedem promitterent. Verum præter creberrimas inundationes, quibus Frisia Orientalis exposita est, quarumve memoriam Beatus noster etiam in senectute sua non sine horrore refricare poterat, amor in Patriam, dulcissimam Matrem et familiam efficiebant, ut MDCXCIV reditum in Patriam meditaretur, et post excursions in finitimum Comitatum Oldenburgicum, Ducatum Bremensem, aliqualemve in Civitatibus Imperii Hamburgensi et Lubecensi moram, ubi ad Viros Doctos aditum sibi parabat, suis tandem restitueretur.

Sic igitur redditus nostris Musis studia Academica denuo omni cura et solertia auspiciabatur. Et quemadmodum hærens in Frisia Orientali horas suas subsæcivas studio Philosophico, Mathematico et Linguarum, imprimis Anglicanæ, dicaverat, sic studium Theologicum nunc ipsum totum ad se trahebat. Cupiebat infimul innotescere Patronis. Quapropter sub finem anni MDCXCIV sub Præsidio Theologi celebratissimi, deque Academia et Ecclesia nostra meritissimi, b. Dni JOH. NICOL. QUISTORPII, S. S. Theol. D. et P. P. O. famigeratissimi, ad ædem D. Nicolai Pastoris meritissimi, et postmodum Rever. Ministerii Ecclesiastici Rostochiensis Superintendententis vigilantissimi, Dissertationem Theologicam f. r. *aphorismi thetico-Polemici, Theologiam in ewangelia exhibentes*, publicæ luci exponere. Meditabatur præterea alia eruditionis diligentiaque specimina, sed ob impedimenta haud superanda consilium mutandum erat.

Bre-  
est, quem pro eo, quo jam in ætate juvenili flagrabat, ardore regno coelorum animas lucrandi, de veritate religionis Christianæ convincere studebat. Narrabo historiam, prout eam ex ore Beati Parentis annotavit Vir Excellentissimus atque Consultissimus, Dominus HERMANNUS BECKERUS, J. U. D. et P. P. O. apud nos longe celeberrimus: Ein in Esens wohnender Jude, ein seine Religion ausgenommen, sonst wackerer Mann, hatte meinen seligen Herrn Vater durch seinen ehrbaren Wandel auf sich aufmerksam gemacht, und dieser hatte, in einem aus der Nachbarschaft entstandenen vielfältigen Umgange, Gelegenheit gefunden, ihm von der Unrichtigkeit seines Glaubens, und von der Wahrheit der christlichen Religion einen Unterricht zu geben. Allein das hohe Alter dieses Religionen einen der Vorurtheile wollten nicht zulassen, dasjenige für falsch zu halten, was er seine ganze Lebenszeit hindurch als wahr angesehen hatte, und dasjenige für wahr anzunehmen, was ihm der Mund eines Jünglings vortrug. In einem gewissen Abend, da dieser 90 jährige Alte in der Dämmerung meines seligen Herrn Vaters Thüre vorüber ging, nahm letzterer Gelegenheit, ihn seines herannahenden Todes, und höchstnötiger Ablegung seiner Irrthümer und unbeschnittenen Herzens zu erinnern, wodurch denn dieser Greis dermaßen gerührt ward, daß er mit Begehrung seiner Krücken und zu Gott erhabnen Händen auf den Knien, auch Anrufung des Gottes Abrahams, Isaacs und Jacobs sich darzu bezog, daß, was er thue, aus Ueberzeugung seines Herzens geschehe, wobei er um das Heil seiner Seelen zu Gott seufzte. Kaum aber war er von der Erden aufgestanden, und einige Schritte fortgegangen, so lehnete er sich an der Mauer, und verschied sanfte. Quo ipso Vir beatus maxime commovebatur.



Brevior interim præter opinionem hæc ejus in nostra Academia existebat mora. In medio enim studiorum cursu inexpectata, et ut primo intuitu videbatur, exoptata ipsi suppeditabatur occasio mutandi sedem, cum Nobilis quidam in vicinia, cujus in ipso aliquando promovendo autoritas multum valere poterat, Beatum nostrum ad se vocaret, ut filio suo Nobili unico studiorum morumque formator præficeretur. Annuit huic Viri generosissimi desiderio *o Maxaels*, mox tamen iterum a statione sua decedere coactus fuit, cum optimo Præceptori vitæ periculum immineret. Effrenata enim omniumque correctionum prorsus impatiens licentia Juvenis Nobilis eo progrediebatur, ut globulo igneo ex scopeto emissio, b. nostrum defunctum, in Museo, post finitas, quæ institutioni scholasticæ dicaræ erant, horas, studiis suis intentum, peteret. Quod quidem periculum, quamvis providentia Divina clementissime averteret, Virum beatum tamen adeo turbabat, ut in isto loco amplius manere haud posset, verum mox, postquam integram historiam commemorationis suæ in isto prædio posti cuidam stilo Romano inscripserat, discederet, Rostochiumque denuo ingrederetur. Illatæ tamen Viro optimo hujus injuriæ successu temporis poenituit Juvenem Nobilem, qui dolorem suum, quo affici semet sentiebat, ipsi testabatur, rogans infimul Virum beatum ipsi, ut veniam daret inscriptionem illam, in proxime antecedentibus commemoratam, abolendi.

Lætiora tamen mox succedebant fata, cum ad suscipiendam Ephoriam filiorum Dni JOACH SCHROEDERI, Serenissimorum Ducum Megapolitanorum CHRISTIANI LUDOVICI I. et FRIDERICI WILHELMI, gloriosissimæ memoriæ, Archivarii et Secretarii intimi, Sverinum invitaretur. Substitit in ornanda hac provincia usque ad finem anni MDCXCV, singulari prorsus favore Patroni sui, amoreque eorum, qui curæ suæ concrediti erant, gaudens, nactus præterea Mæcenatem in Per-illustri Dno a WOLF, Serenissimi Ducis Megapolitani FRIDERICI WILHELMI, gloriosissimæ memoriæ, Consiliarii intimi.

Sub his conatibus privatis, quibus ad commoda Academiæ et Ecclesiæ semet præparaverat, pedetentim ex Dei providentia tempus accelerabatur, quo bono publico destinaretur. *Amplissimus enim et Prudentissimus hujus Civitatis Senatus*, sub finem anni MDCXCV circumspicebat Candidatorum Rever. Ministeri trigam, quam coetui Jacobo, ad Diaconatum, quem b. nostri defuncti Dnus Parens, antequam ad Pastorum adscenderet, ornaverat, sistere posset, ut unum ex iis per votorum pluralitatem eligeret. Competitores erant præter beatum nostrum, Dnus M. JOH. DOEBELIUS, et Dnus OTTO PETRUS MOELLERUS, *voy év ayvovs*, Deus vero vineæ suæ Dominus omnia hic ita moderabatur, ut *o Maxaels*, qui viribus suis diffidebat, laboremque in Ecclesia adhuc subterfugebat, fors exoptata caderet, et b. Dno OTT. PETR. MOELLERO, cujus memoria sit in benedictione, hoc officium concrederetur.



Amplissimus interim et Prudentissimus nostræ Civitatis Senatus, quem semel Viro Beato testatus erat, favorem non deponerat, sed de admovendo ipso ad officium Academicum, inprimis ad Professionem Mathematicam, quam Beati Parens quondam egregie ornaverat, quæve propensione Beati nostri Dni Directoris exacte respondebat, spem faciebat. Quapropter Vir Beatus consilium suum Hamburgum secedendi, quorsum a Patronis invitatus erat, mutabat, præsertim cum voluntas dilectissimæ Matris, fratrisque amantissimi Dni HENRICI BECKERI, qui id dissuadebant, accederet. Ut vero ad officium Academicum magis magisque semper præpararet, A. MDCXCVI d. 22 Maj. ab Amplissima Facultate Philosophica, Decani et Brabeutæ munere fungente, Viro Excellentissimo, Amplissimo ac Doctissimo Dno JOH. GOTTL. MÜLLERO, Græcæ Linguae P. P. O. longe celeberrimo, cum 25 Philosophiæ Candidatis aliis Gradu Doctõris Philosophiæ condecorabatur. Sic igitur jura et privilegia Docentium nactus, scholas suas Mathematicas aperiebat, non sine applausu et fructu auditorum suorum, studia vero Theologica non negligebat, ut defensa ab ipso sub Præsidio laudati jam superius Dni FRANGI, WOLFFII disputatio *de angelis*, quæ in Collegio ejus disputatorio sexta erat, testatur. In spatiosissimo literarum campo adeo indefesso studio decurrebat Vir Beatus, ut ex continuis lucubrationibus hæmorrhagiam sibi contraheret, quæ mortem ipsi accelerasset, nisi post Deum provida Dni D. HABERMANNI, Medici et Poliatri apud nos inclyti, cura eam averteret.

Cum vero, quo minus Amplissimus et Prudentissimus nostræ Civitatis Senatus consilium suum, de Beato nostro Professoris Mathematicarum officio exornando, executioni statim dare posset, nonnulla semet objicerent obstacula, τὸ Μαθηματικὸν vero interea a Dn. L. B. a MEERHEIM, ut constituti ipsius sub tutela Juvenis Nobilis a VIETINGHOFF. summis deinceps in toga et sago officiis admoti, et in Historia Politica recentiori celeberrimi, curam in se susciperet, gratiosissime offerretur, annuit statim Viri hujus Per-illustris desiderio, cumque non solum in Juvene hocce generosissimo præclarissimam mentis indolem, sed etiam, quod rarius contingere solet, in Virgine Nobili, Dni L. B. a MEERHEIM filia, ardorem ad studia Mathematica sibi familiaria reddenda, animadverteret, non sine insigni voluptate hocce munere sibi demandato per integri anni spatiumungebatur, cum tempus adesset, ut Dnus a VIETINGHOFF ad studia Academica faceret progressus. Singularis autem, quam erga Virum Beatum conceperat Per-illustris Dn. L. B. a MEERHEIM gratia, id efficiebat, ut Juvenis ille Nobilis modo laudatus, ad Academiam nostram excurrens, sub inspectione τῶ Μαθηματικῶ maneret.

Quæ occasio redeundi ad studia Academica ipsi ex voto cedebat. Non solum enim scholas Mathematicas denuo aperiebat, sed et in Cathedra superiore Disputationem Mathematicam *de Mathematicis universalibus* publice ventilabat. Et cum interea omnes difficultates,



fates, quæ Ampliffimum et Prudentiffimum Civitatis Senaturn haftenus impediverant, e medio sublatae efflent, is ipfe Virum beatum ad Professionem Mathematicam, a beata morte HERMANNI BECKERI vacuam, vocabat, ad quam etiam A. MDCCXCVII d. 20 Decembr. publice introducebatur, habita oratione: *de Mathefi falfo et merito fufpecta.*

Conffitutus igitur in officio publico nihil, quod fuarum partium effe animadvertebat, intermittebat unquam, ftudiosam juventutem fideliter inftituendo, resque Academicas pro virili parte adminiftrando. Mox ipfi fubnafebatur occasio publice comprobandi, quantum in fcientiis Mathematicis fibi comparaverit eruditionis thefaurum, S. R. enim GERDESIUS, Ecclefiae Vismarienfis Superintendens, fuafor ipfi exiterat, ut quid de quaefione tunc temporis maxime controverfa: Utrum annus MDCC ad finem Seculi XVII, utrum vero ad initium Seculi XVIII referendus fit, fentiret, publice exponeret. Communicabat igitur cum orbe erudito A. MDCCXCIX *exercitationem hiftorico-chronologicam, qua investigaturis Seculi decimi feptimi finem, rationibus firmis demonftratur, annum, quem ftilo ufitatiffimo infcribimus MDCC, ex mente auctoris aere bodierne, a nativitate Chrifti Servatoris numerantis annos, revera effe Seculi XVII finem, in fequentem vero annum MDCCCI novum etiam ingeoare Seculum.* Verum difplicuit ifte tractatus GERDESIO quam maxime, cum videret Virum beatum, qui non auctoritatibus, fed rationibus vinci poterat, a femet diflentire. Nec potuit GERDESIUS indignationem fuam diffimulare, ut potius literis duris et acerbis ad Beatum noftrum datis eam significarit, quam tamen Vir beatus, pro illa, qua exornatus erat manfuetudine, aequo animo tulit.

Anno MDCC difputationem Mathematicam *de Arithmetica generali et fpeciali* publice ventilabat, ipfique praeterea fpes affulgebatur, ut in vicina Academia Gryphica Profeffor Mathematicum conftituereetur, quem in finem per aliquod tempus eo fecedebat, lectionesque publicas ibidem inftituebat. Divinae tamen providentiae aliter videbatur, quippe quae ipfum Patriae unice deftinaverat, quod animadvertens Vir beatus fedem fuam hic apud nos magis magisque firmam reddere decernebat. Thori igitur fociam circumfpeiciens, non fine Divino nutu, cui quemadmodum a teneris unguiculis fe totum, ita et hanc, quae inter vitae noftrae viciffitudines maxime memoranda venit, commendaverat, Virginem fibi eligebat Praenobiliffimam, Lectiffimam, fexusque fui ornamentum MARGARETAM puto COECILIAM TIELKEN, Viri Praenobiliffimi ac Doctiffimi, Dni JOH. JOACH. TIELKENII, J. U. D. Celebriffimi, hujusque Civitatis Confulis et Syndici primarii, nec non Dominae CHRISTINÆ SOPHIAE KORDTEN filiam, cum qua MDCC d. 3 Novembr. Sacerdotali manu junctus, usque ad annum MDCCXXXIV d. 1 Novembr. matrimonium coluit exoptatifimum et per Dei gratiam foecundum. Sic enim Vir beatus frequentia cafti amoris fufcepit pignora:

E

I MAR.





I MARGARETAM AGNETAM, nat. MDCCII d. 17 April, a Viro beato MDCCXXIV d. 8 Novembr. elocatum Viro Summe Reverendo ac Doctissimo, Domino JOACH. WILHELMO GERLINGIO, Philosophiæ Doctori Celeberrimo, ad aedem D. Mariæ Pastori religiosissimo, et a morte beati nostri Dni Directoris, res ad Ministerium Ecclesiasticum Rostochiense spectantes, summa cura, vigilantia ac dexteritate moderanti, Fautori meo animæque meæ curatori omni honoris ac observantia cultu suspiciendo, quem, diuturniore morbo conflitantem, imo enervatum, Deus recreet, recreatum in solidum restituat, restitutum vero in feros usque annos Ecclesiæ familiæque splendidissimæ fervet. Ex quo matrimonio felicissimo, omnique benedictionis genere, quod piorum femini a Summo Numine promittitur, coronato, Beato nostro sequentes nati sunt nepotes neptesque:

1. CHRISTINA MARIA, lectissima omnibusque, quæ sexum sequiorem ornant, virtutibus condecorata Virgo, nata d. 29 Octobr. MDCCXXV.
  2. CATHARINA SOPHIA COECILIA, eadem laude conspicua, nata d. 23 Febr. MDCCXXVII.
  3. JOHANNES PETRUS, natus d. 20 Febr. MDCCXXIX, mox tamen d. 30 Jun. ejusdem anni ad coelites abiens.
  4. WILHELMINA AGNETA, fororum trigam dignissime constituens, nata d. 14 Octob. MDCCXXX.
  5. PETRUS, natus d. 14 Decembr. MDCCXXXII, hodie Philosophiæ et arrium Magister fulgidissimus et dextrerrimus.
  6. JOHANNES JOACHIMUS, natus d. 14 Decembris MDCCXXXIV, nunc J. U. Studiosus solertissimus.
  7. JOHANNES HERMANNUS, natus d. 17 Septembris MDCCXXXVII, nunc Gymnasii Ducalis, quod Güstrovii floret, alumnus dignissimus.
  8. HENRICUS GEORGIUS, natus d. 19 Jun. MDCCXL, die vero 13 Jul. ejusdem anni ad triumphantem Ecclesiam evocatus.
  9. CHRIST. LUDOVICUS, natus d. 11 Nov. MDCCXLV.
- II JOHANNAM CHRISTINAM, natam d. 20 Septemb. MDCCII, mox tamen in Domino iterum defunctam.
- III JOACH. HERMANNUM, natum d. 24 Maj. MDCCV, mox tamen post brevem militiam sine fine triumphum consecutum.
- IV FRIDER. HERMANNUM, nat. d. 25 Septembr. MDCCVI, post quiennium expirantem.
- V PETRUM, nat. d. 31 Mart. MDCCVIII, cujus vita tamen non fuit diuturna.
- VI CATHARINAM SOPHIAM, natam d. 26 Aug. MDCCX, mox etiam ad coelites abeuntem.

VII CA-



VII CATHARINAM SOPHIAM, nat. d. 6 Jul. MDCCXI, lectissimo Virginitum choro, quæ in Cœnobio S. Crucis hic Rostochii Deo semet consecrarunt, adscriptam, quæ b. Parentis ex eo tempore, quo dulcissima conjuge orbatus fuit, tantam egit curam, quanta a Filia optimæ indolis unquam expectari potest.

VIII DOROTHEAM ELISABETHAM, natam d. 25 Januar. MDCCXIII, mox tamen iterum defunctam.

IX JOH. PETRVM, nat. d. 2 Jul. MDCCXIV. Hunc Vir Beatus in Diptrychis Ecclesiasticis Jacobeis, ut natum sibi in officio Ecclesiastico primum filium propria manu notavit. Is cum in Academiis Rostochiensis et Jenensis cum laude versatus, et MDCCXXXVIII d. 9 Jan. in Philosophiæ Magistrum hic promotus esset, MDCCXLIV d. 3 Mart. Archi-Diaconus Jacobus electus, a Viro Beato d. 8 Maj. ad officium hocce inauguratus, d. 12 Maj. vero introductus est, beatique Parentis per decennium fere in eadem vinea Domini fuit cooperarius fidelissimus, et in hunc usque diem, faxit D. T. O. M. in seros usque annos! multo cum commodo Ecclesiæ sibi conceditæ isti officio præest, Fautor et Collega meus colendissimus. A. MDCCXLIV d. 13 Octobr. matrimonio sibi junxit Virginitem Prænobilissimam, omnibusque prærogativis sui beatæ Præstantissimam, FRANCISCAM AGNETAM BEATAM, Theologi de universa nostra Ecclesia Lutheranæ et Academia Varniæ immortaliter promeriti, Viri Summe Reverendi ac Doctissimi Dom. FRANC. ALB. EPINI, S. S. Theol. D. et P. P. O. undiquaque celebratissimi, Cunsistoriique Ducalis Consilarii Gravissimi, filiam. Ex quo felicissimo connubio Vir beatus posteritatem suam vidit sequentibus auctam:

1. CATHARINA MARGARETA, nata d. 5 Septembris MDCCXLV.
2. FRANCISCO PETRO, nato d. 26 Mart. MDCCXLVII.
3. JOHANNES GERHARDO, nato d. 7 Jul. MDCCXLVIII, post triennium iterum denato.
4. GUSTAVO FRIDERICO, nato d. 7 Novembr. MDCCCL, post anni spatium defuncto.
5. EPHRAIMO CHRISTOPH. LUDOVICO, nato die 28 Septembr. MDCCCLIII.

X HERMANNUM, natum d. 13 April. MDCCXIX, hodie J. U. D. doctissimum, post diuturniorem in Academiis Rostochiensis, Jenensis et Lipsiensis moram, hic Rostochii MDCCXLVI promotum, et ab anno MDCCXLVII J. U. P. P. O. celeberrimum, Fautorem et Collegam meum honoratissimum. Is A. MDCCXLIX vinculo matrimoniali sibi associavit, Virginitem Prænobilissimam et Virtuossimam SOPHIAM ELISABETHAM, Viri quondam Plurimum Reverendi atque Doctissimi, Domini JOH. HENRICI LEHMANNI, Philos. Doctor. Celebratissimi et ad aedem D. Nicolai Pastoris meritisissimi, filiam.





Sir Deus T. O. M. splendidissimæ huic BECKERIANÆ genti sol et clypeus, in eamque largissime omnis benedictionis suæ coelestis fluxus deriveret, piæque preces, quas beatus noster Dominus Director pro incolumitate suorum quotidie coram ejus throno effudit, adimpleat in seros usque annos! Verum revertendum est ad reliqua Viri beati fata.

Anno MDCCI una cum b. Dno HOEVET, Philosophiæ Magistro fulgidissimo et scholæ oppidanæ hujus loci Rectore meritisimo, in vicina nobis Civitate Güstroviensi ad Pastoratum Ecclesiæ Parochialis susebatur. Noluit tamen Divina providentia Rostochiensibus eripere huncce Virum ad majora destinatum. Laudatus enim Dominus M. HOEVET ex pluralitate suffragiorum eligebatur, quo ipso cum officium Rectoris Scholæ oppidanæ vacuum redderetur, Amplissimus et Prudentissimus nostræ urbis Senatus, dexteritatem Viri beati probe agnoscens, inducebatur, ut ad id ipsum officium A. MDCCI mense Augusto eum vocaret, rebusque ejus domesticis hac ratione melius consuléret. Fuit tamen hæc provincia Viro beato molestissima. Quotidianæ enim contentiones, quæ ipsi cum Collega intercedebant, quippe quem, cum videret se Viro beato postpositum, invidentia incitabat, ut quidquid tædium ipsi esse poterat, omni conatu faceret, vires corporis adeo atterebant, ut perpetuum valetudinarium ageret. Tor vero, quibuscum ipsi conflictandum erat molestiæ, ardorem facienda officii suis Academico pariter ac Scholastico satis, cohibere haud poterant.

Testis omni exceptione major esse poterit disputatio MDCCIII publico eruditorum examini submissa, nec sine applausu orbis eruditi excepta, *de miraculo solis et lune in hemisphærio Gabaonis et Ajalonis ad mandatum Josue stantium*, cui accedebant observationes Astronomicæ, hoc et sequentibus annis omni cura et solertia institutæ. Molestiæ interim, quibus in officio suo scholastico premebatur superius recensitæ, non decredebant, in dies potius augebantur, viresque corporis magis magisque exhauriebant, quapropter ut alia ipsi Divina contingeret vocatio externa, etiam ad officium Ecclesiasticum, ad quod ramen hætenus vocatione interna destitutum semet miserat, anxius exopravit. Adeo Numen omnipotens, in cuius manibus sunt omnia, corda mortalium flectere novit! His igitur ducibus rationibus acceptasset, si oblatum ipsi fuisset, officium Pastoris in Coenobio Ribbenicensi, acceptasset, si munus Professoris Mathematicarum in Academia Gryphica, ad quod Regia vocatione ipsi conferendum omnem suam operam promiserant Patres ejus Gryphici, ipsi demandatum fuisset, quemadmodum haud vana spes assulgebat. Verum Dei consilium Rostochiensibus huncce Virum unice destinatum voluit, et dissuasiones Soceri ejus, laudati antea Dni Consulis TIELKENII, cujus auctoritas apud ipsum multum valebat, ut locum suum mutaret, impediverunt. Interim adversa valerudo *rs Meunsijs* post aliquod tempus adeo augebatur, ut omni-



omnibus officiis gerendis, multo magis Ecclesiasticis prorsus imparem ferneret. Vir igitur Per-illustris atque Doctissimus, Dnus JOH. JOACH. SCHOEPPERUS, Serenissimo Duci Megapolitano CAROLO LEOPOLDO, gloriosiss. memor., a consiliis intimis, et JCrus Rostochiensis celeberrimus, svasor ipsi exstitit, ut studio Juridico ferneret manciparet, ejusque praestictionibus privatissimis, quas etiam sedulo frequentare incipiebat, uteretur. Vix autem istius studii initium fecerat, cum in gravissimum morbum incideret, qui per plures septimanas lecto ipsum affigebat. Hoc impedimentum non praevindendum Divinitus sibi objectum, studiumque Juridicum defendendum esse rectissime judicabat, ut sequentia testabuntur. Eluctabatur tamen ex hoc morbo, cum quo diu multumque conflictatus erat, auxiliatrices post Deum ipsi praebente manus, Viro Per-illustri ac Doctissimo, Dno SCHAPERUS, Sereniss. Ducis Megap. CAROLI LEOPOLDI Consiliario intimo, et Med. P. P. O. in hac alma famigeratissimo, qui cum durante adhuc morbo Beato nostro amenitates studii Medici, et post restitutam quodammodo valetudinem, fragilitatem corporis ejus, studio Theologico haud sufficientis, vivide representasset, haud levem ad illud studiorum genus, in quo Vir ille Celeberrimus prorsus excellebat, propensionem in ipso excitabat. Quo minus tamen eventus huius responderit conatibus, Deus per impedimenta, nec praevisa nec e medio tollenda, iterum obtulit.

Quamvis autem tot insultibus morborum saepius recurrentium enervatus fere videretur aliis *Maximè*, bono tamen publico, quantum vires permittebant, inservire voluit. Loquuntur id laborum ejus Academici. MDCCVI enim Dissertationem Physicam *de vis corporum elastica*, et MDCCVIII Mathematicam *de miraculo retrocedentis in sciaterio Achaesi umbrae solaris*, publice ventilavit. Cumque praeterea ex mandato Serenissimi Principis Megapolitani novum Calendarium adornandum esset, etiam huic operi manus admovit. In officio suo scholastico juventuti sibi concredita prodesse cupiens, in ejus usum *prima rudimenta Logice, Grammaticae hebraicae et Grammaticae graecae* concinnavit, quarum duae priores typis excusae publice prostant, ultima vero in calamum dictata fuit.

A. MDCCXI cum monachus quidam Viennensis, Academiae Germaniae Problema aliquod Mathematicum resolvendum communicaret, Vir beatus feliciter illud praestabat, edito in vulgus: *Untersuchung und Auflösung des Oesterreichischen Friedens-Wunsches im grossen Triangel*, quo ipso demonstrabat, se vitam suam tempusque in otio transigere nolle. Eodem hoc anno inopinatus Domini HOEVET, Pastoris apud Gistrovienfes Parochialis meritissimi, ad ecclesiam triumphantem abitus, Gistrovienfesibus memoriam Viri beati refrebat, et cum de donis ejus administrantibus plane egregiis, doctrinaeque et vita essent convicti, ultro ipsi vocationem ad Pastorum Parochialem offerebant, quae tamen non sine gra-





visimis rationibus a Socero ejus, laudato Dno Consule TIELKENIO occultabatur, ita ut Vir beatus de oblata hac sibi vocatione resciret nihil, donec officium illud b. Dno M. DARIES jamjam collatum esset.

Tandem accedebat annus ille Viro beato maxime notandus, quo ex molestissimo pulvere scholastico in vineam Domini translocabatur. Annus scilicet agebatur MDCCXIV, quo ad Archidiaconatum Jacobeam, quem præmaturo suo obitu vacare fecerat, immortalis gloriæ et meritorum Theologus, b. ZACHARIAS GRAPUS, communibus fere totius coetus Jacobei suffragiis, electus transfret, quod novum officium omni fide ita ornavit, ut exinde maxima in coetum sibi conceditum redundaverint commoda, semper tamen in simul officii Academici rationem habens. Quorum ante omnia pertinent

RECTORATUS ACADEMICUS primus, ab A. MDCCXV d. 25 Octobr. ad A. MDCCXVI d. 7 Maj. cum laude et Academia commodo gestus, nec non Dissertationes publicæ,

altera de multiplicatione, MDCCXVII,

altera de duplici visionis organo et modo, dioptrico altero, altero catoptrico, quorum hoc insectis, illud reliquis animantibus concessisse videtur natura, MDCCXX habitæ.

In primis eloquentia ejus in suggestu se commendabat, ita ut cum maximo semper civitatis applausu, qui ad ultimum ejus vitæ finem perdurabat, publice verba faceret. Juvencbantur mox per multi, qui, quæ a Viro disertissimo pro concione audiverant, repetitis lectionibus et meditationibus subijcere desiderabant, hinc autores ipsi svasoresque existebant, ut, quæ oratenus proposuerat, publice typis excubenda curaret, adeoque non ore solum, sed etiam calamo animarum sibi conceditarum salutem consulere. Quo quidem desiderio Vir beatus deesse haud poterat. Hinc MDCCXVII publici juris faciebat: *Betrachtungen über den Propheten Jonas in L. Predigten*, ex quo labore novum meritis suis accessum famamque conciliabat (57).

Inter alia divinæ gratiæ documenta in officio hocce Ecclesiastico, post largissima Dei incrementa laboribus ejus concessa, amoremque coetus concediti plane singularem, id imprimis humillima coram Deo gratitudine deprædicabat, quod inter cooperarios suos Fratrem suum germanum, Dnum HENRICUM BECKE.

- 57) Judicant Dni autores der ungeschuld. Nachrichten 1717 pag. 129 de ist. hoc labore: Ueberall leuchtet eine schöne und gründliche Theologische erudition, sonderlich in moralibus herfür, und ein redlicher Eifer dabei, die Gemeine nicht nur in der heilsamen Lehre, sondern auch einem heilsigen Leben zu erbauen. So ist auch eine recht bewegliche Vorstellung der besten zur Sache gehörigen Gründe allenthalben zu sehen, aus welcher nicht ein geringer Segen von dieser Arbeit kommen wird.



CKERUM, Pastoratu fungentem, et Fautorem suum a multis retro annis amantissimum planeque singularem, Dnum OTT. PETRUM MOELLERUM, Diaconum numerare poterit, cum quibus in summa concordia animarumque harmonia, quamdiu uterque vixit, officio suo ita præesse potuit, ut in gratiam cum iis redire nunquam opus fuerit.

Verum, prout esse solent res mortalium, non diu licuit ipsi hac felicitate frui. Divino enim consilio accidebat, ut post diuturniorem morbum Frater ejus exoprariffimus, Vir Maxime Reverendus atque Doctiffimus, Dominus HENRICUS BECKERUS, Pastor Jacobeus merittissimus, et Reverendi Ministerii Ecclesiastici Rostochiensis Director graviffimus, A. MDCCXX ex vivis eriperetur, quo ipso cum Pastoratus Jacobeus vacuus redderetur, Divino nutu et amore coetus Jacobei fiebat, ut in ejus locum iterum eligeretur MDCCXXI d. 7 Januar., et ad ipsum hoc officium d. 13 Februar. publice introduceretur.

Sic igitur Vir beatus iisdem plane functionibus, Academica pariter ac Ecclesiastica, exornatus erat, quibus olim beatus ejus Parens. Quod ipsum non sine summa animi commotione semper coram Deo agnovit. Digna sunt, quæ hic excitentur, ipsa ejus verba, ex recensione vitæ suæ, quam manu sua propria consignavit, ita fluentia: A. MDCCXXI d. 7 Januar. bin ich zum Pastor derselben Gemeinde erwählet, und den 13 Februar. introduciret. Und siehe anigo, da ich dieses schreibe, in dieser functione Academica et Ecclesiastica als ein beneficiarius Dei. Gott sey mir gnädig in meinem Erbster, und gebe mir, wann, wie und wo er will, ein seliges Ende meiner Tage in dieser, und ein Leben, das kein Ende hat, in jener Welt. Denn von seiner Gnade bin ich was ich bin, und werde sein, was ich sein werde. Ihm sei Lob und Preis und Ehre in Ewigkeit.   
 Unter andern Spuren der gütigen Hand Gottes über mich in meiner Führung, rühme ich auch dieses: daß Gott mir gegönnet meines seel. Vaters Haus zu beziehen, beide Aemter, Profession und Pastorat, zu führen, gleiche Zahl der Kinder zu haben, bin auch der gewissen Zuversicht, Gott werde mir, der ich hoffe selig zu werden, durch die Gnade Jesu Christi, gleicher Weise wie auch er, ein gleiches Erbe mit ihm im Himmel geben. Eja! wäre ich da. Circa ultima verba, insignem Viri incomparabilis *πληροδοξικον* egregie manifestantia, non possum non quin annotem, Virum beatum jam a primis infantia annis beatam analyfin exspectasse, inque perpetua mortis consideratione, quæ rara solet esse mortalium animi indoles, vitam suam transexisse. Luculentissimum ejus rei testimonium præbent, quæcunque mecum communicavit Vir Excellentissimus, Consultissimus ac Doctiffimus, Dnus HERMANNUS BECKERUS, J. U. D. et Prof. P. O. in hac Academia Celeberrimus, Fautor ac Collega meus honoratiffimus, cujus verba hic retinere placet: Ueberhaupt hat der seel. Mann, von je her, ein sehnliches Verlangen getra-



gen aufgelsset und bei Christo zu sein. Sein täglicher Umgang und Neben zeigten nicht nur dieses an, sondern ich finde in dem Buch, daraus die vorigen Worte genommen, auch ein deutliches Merkmal, daß schon bei seinen jüngeren Jahren seine Gedanken dahin gerichtet gewesen. Denn so findet sich in diesem Buche gleichmäßig ein von meinen sel. Großvater, Herrn Hermann Beckern, eigenhändig geschriebenes Verzeichniß seiner Kinder, deren Geburtsstunde und Pärthen, da dem hin und wieder theils von meinen sel. Herrn Vater, theils von andern beige-schrieben, wann jeder wiederum gestorben. Bey seinem Nahmen hat mein sel. Herr Vater selbst eigenhändig beige-schrieben, gestorben den : : Anno 169 : : . Weiln er aber nachhero gefunden, daß GOTT seinen Wunsch nicht erfüllen wollen, hat er die Jahrszahl 169 : : überschrieben, und 17 : : : dabei geschrieben. O mentem optumam! quam Deus mihi et omnibus, qui hæcce legunt, per Spiritus S. gratiam, propter vulnera Christi, quam clementissime concedere velit.

Quemadmodum vero novo huic officio, Summi Numinis suffultus gratia, eadem cura, vigilantia et prudentia, qua olim Archidiaconatus præerat, ita etiam amor plane singularis, non coetus solum Jacobei, sed etiam omnium hujus civitatis incolarum perdurabat, imo in dies diesque nova capiebat incrementa. Hinc ingens, etiam ex distitissimis hujus Civitatis locis ad templum Jacobicum confluxus, quoties ex cathedra Ecclesiastica verba ipsi facienda erant. Quod quemadmodum, ut fieri solet, malevolorum invidiam, ita omnium, quæ animæ suæ salutem curæ habebant cordique, favorem ipsi contrahebat, quorum precibus subinde fatigabatur, ut orationes suas sacras, prout olim fecerat, publice proficere juberet. Quod quamvis agre a se impetraret Vir beatus, quippe qui sibi ipsi nunquam satisfaciebat, et ex rara modestia longe aliter de se ipso judicabat, ac alii, quamvis a partium studio maxime alieni, iteratis tamen precibus resistere haud poterat. Quapropter MDCCXXI foras prodire jubebat: Sieben Passions-Seven, deren jede vor Augen stellt das Bild Jesu mit einem Denkwort, in sieben Fasten-Predigten über den XXXII Psalm, nebst einem Anhang: kurz-erwogne Geschichte vom Begräbniß Christi (58).

Idem iste amor coetus sui Jacobei in causa erat, ut cum Hamburgensium Ecclesiæ repetitis vicibus ipsum explorarent, velletne Pastoratum ibi vacuefactum in se suscipere, modeste id declinaret, gregemque sibi semel Divinitus concreditum deserere noller. Amor iste communis citra dubium effecit, ut quidam ex coetu Jacobeo literis ad amicum suum, qui negotio electionis interesset, Hamburgum datis, adversam valetudinem, qua cum Viro beato semper

58) Recensentur in den fortgesetzten Sammlungen 1721 pag. 157, et Annal. liter. Meckl. 1721 in der 1sten Vorstell. n. 5. Addantur novelle literar. Lips. 1722 pag. 568, ut Jll. Du. MOSERUS jam annotavit.



semper conflictandum erat, vivis coloribus depingeret, quibus factum est, ut Hamburgenses a proposito suo ipsum vocandi desisterent, quæ literæ post finitum electionis negotium in Viri beati manus incidebant, qui non sine peculiari directione Divina id accidisse judicabat.

Quamvis autem concatenati labores, quos Pastoratus Jacobeus secum haber connexos, etiam Viro exercitissimo prorsus sufficientiant, nihilo tamen minus, inprimis sub ejus initium, in laboribus Academicis Vir beatus strenuo perrexit, prælectiones subinde instituit, Observationibusque Astronomicis, in specula domestica, ejus ex consilio et sub ejus directione extructa, sine dispendio tamen officii Ecclesiastici, sedulo vacavit. Inprimis vero, quod hoc loco silentio præterire nequeo, ab A. MDCCXXXIII d. 28 Octobr. ad A. MDCCXXXIV d. 25 April. RECTORIS MAGNIFICI splendidissimum munus secunda vice gessit, non sine insigni Academiae commodo meritorumque suorum augmento (59).

Senio tamen confectus abstinit a laboribus Academicis, maxime cum non defuerint, qui ejus vices hac in parte supplerent. Sic Vir hodie Summe Reverendus atque Doctissimus, Dominus JOHANNES HERMANNUS BECKERUS, tunc temporis Philosophiæ Doctor dexterrimus, hodie vero S. S. Theologiæ Doctor Celeberrimus, et ad aedem D. Mariæ apud Lubecenses Pastor meritissimus, Fautor meus honoratissimus, convictu Viri beati utens, studia Mathematica in hac nostra Academia strenue excoluit, studiosæque juventuri suis prælectionibus nunquam defuit. Et cum Vir laudatissimus postmodum ad Archi-Diaconatum Marianum apud Rostochiensis vocaretur, in ejus locum successit, Vir hodie Plurimum Reverendus ac Doctissimus, Dominus JOH. PETRUS BECKERUS, ex superstitibus filiis naru major, tunc temporis Philosophiæ Magister fulgidissimus, nunc vero Archi-Diaconus Jacobeus meritissimus, Fautor meus et Collega colendissimus.

Annus MDCCXXX, ob Jubilæum Ecclesiæ Lutheranae propter exhibitam in Comitibus Augustanis MDXXX Confessionem, ipsi exoptatissimus et lætissimus accidebat, animaque ejus exultabat in Domino. Cujus lætitiæ publicum documentum extare volebat, edita hoc ipso anno, nomine totius Rever. Ministerii Rostochiensis, Augustana Confessione invariata, additaque hujus Confessionis historia docte et accurate concinnata, f. t. *Abdruck der wahren und unveränderten Augsbürgischen Confession, welche im Jahr 1530 nach Christi Geburt, auf dem vom Kayser Carolo V. ausgeschriebenen allgemeinen Reichs-Tage abgefasset, vorgelesen, übergeben und geprüft worden, benebst angehängten historischen Bericht, von dem was vor- bei- und nach der Uebergung geschehen,*

59) Labores in emolumentum Ampliff. Facultatis Philosophiæ cum laude exantlatos, ex instituto recenserebatur Programma Ampliff. Facultatis, ad quod B. L. remitto.



hen, ſonderlich den chriſtlichen Gemeinden der Stadt Roſtock zum heylſamen Gebrauch, aus wohlmeinenden Willen beſorget, von dem Miniſterio daſelbſt (60).

Annus MDCCXXXII labores Viri beati augebat, cum ad coelestem Academiam evocato magni nominis et meritum Theologo, Viro Summe Reverendo ac Doctiſſimo, Domino JOH. JOACH. WEIDENERO, S. S. Theol. D. et, P. P. O. celeberrimo, ad aedem D. Mariæ Paſtore meritissimo, et Rever. Miniſterii Roſtochiensis Directore graviſſimo, a Rever. Miniſterio Director (ita enim Vicarium Superintendentis apud nos vocare ſolemus,) eligeretur, quemadmodum etiam ipſo hoc anno, poſt Viri Illuſtris, Excellentiſſimi, Experientiſſimi ac Doctiſſimi, Domini GEORGH DE-THARDINGII, artis ſalutaris apud nos D. et P. P. O. famigeratiſſimi, totiusque Academiae Senioris Venerabilis, in Academiam Hafnienſem ſecellum, Senioratus Academiae in ipſum devolvebatur, poſtquam ante aliquot annos. poſt beatum obitum Viri Excellentiſſimi, Conſultiſſimi ac Doctiſſimi, Domini MATTHIAE STEINII, J. U. D. et Profeſſ. P. O. Celeberrimi, Reverendi Collegii Dominorum Profeſſorum Senatoriorum Senior Graviſſimus jamjam conſtitutus fuerat. Quanta cura et ſolertia etiam hiſce officiis praefuerit, uno plura adſunt teſtimonia. Ejus enim vigilantiae debetur, ut Archivum, tam Rever. Collegii Senatorii quam Rever. Miniſterii Eccleſiaſtici, in optimum ordinem ſit redactum, et ex eo tempore, quo Miniſterii Director electus fuit, Rever. Miniſterii Protocolum, omnia notata digna, quae cunque in Eccleſiaſticiſ inter nos contigerunt, exacte referat, ut alia longe plura ſilentio praeteream.

Anni MDCCXXXIV primus menſis Novembris dies ipſi in tota vita luctuoſiſſimus exiſtit, cum Deus, vitae mortisque Dominus, dimidiam partem animae, ſi ita loqui licet, dulciſſimam puto et deſideratiſſimam Conjugem, Matronarum inter nos coram, quamvis acerba ſuperſtitibus, beatiſſima tamen morte ipſi eriperet. Quantopere duro iſto fato contriſtatus fuerit Venerandus Senex, ipſa ejus verba, ex allegata ſuperius breviſſima idiobiographia, teſtabuntur: A. 1734 d. 1 Novembr., ſcribit, *ich nach dem Willen meines Gottes, mir meine liebe Ehefrau durch den Tod von der Seiten genommen, welches ich nicht gedacht habe ſie zu überleben, und als ein betrübter Wittwer betrauren zu müſſen. Doch hoffe ich bald zu ihr gerufen zu werden, durch meinen Schöpfer, Erlöſer und Seligmacher.* Erat equidem Vir pientiſſimus in viis Domini, quas, mirabiles quidem, ſemper tamen beatas toties in vita ſua expertus erat, exercitatiſſimus, interim tamen calix iſte, a Domino ipſi propinatus, erat acerbisſimus, ita ut per totam ſuam vitam, per Dei gratiam reſiduam, appropinquante annuatim iſto die maxime

60) Ne quid hic deſideretur, monendum erit, Virum beatum MDCCXXXIX publicae luci expoſuiſſe: *Stand-Niede zum Gedächtniß der Wohlſeligen Frauen Barbara Sophia von Verzen, in Sol.*



xime commoveretur. Habebat vero, quod gratiam Divinam ex animo veneraretur, quæ, quidquid ipsi ex una parte eripuerat, ex altera restituebat, in Virgine filia Prænobilissima ac Virtuosissima, CATHARINA SOPHIA, quæ optimo Parenti, senio, laboribus, curis fracto fulcimento fuit, et hoc ipso jacturam, ex desideratissima Conjugis interitu, Viro beato oriundam, ex toto refarciivit, largissimam Dei benedictionem hujus et futuri seculi, hoc ipso etiam in se derivatam, certissime possidens.

In solitudine igitur constitutus nihil magis quam beatam analysin anhelavit, quod anxium desiderium auxerunt crebriores morborum infirmitatumque, quæ senecrute comitari solent, infultus, qui ut de morte quotidie cogitaret, effecerunt, quamvis, quantum vires corporis debilitatæ unquam permittebant, officiis suis deesse nollet. Hinc observationibus Astronomicis non sine insigni voluptate tempus operamque impendebat, in primis transitus Mercurii sub sole MDCCXXXVI attentionem ejus maxime provocabat. In officio vero Ecclesiastico, nec in cathedra Ecclesiastica publica, nec confessionali, suis partibus defuit, quod ipsum etiam in ultimo officii anno, quamvis vires deficerent per horæ spatium in diebus Dominicis verba ad popululum facere, ita tamen præstitit, ut singulis septimanis, quoties ordo ipsum tangeret, in horis publicis precibus destinatis (*den wöchentlichen Betsstunden*) verba ad Ecclesiam numerosè congregatam faceret.

Noluit tamen Deus ipsum a statione sua avocare, nisi postquam præmia fidei pietatisque in hoc mundo vidisset, gentemque suam florentem post se relinquere posset. Ea enim Viro optimo rarior contigit felicitas, ut utrumque filiorum suorum superstitum, Paternarum Virtutum ex asse hæredum, alterum natu majorem, tanquam cooperarium suum Collegamque in eodem coetu sacro, Jacobeo scilicet, impositis in caput ejus paternis manibus ad officium ecclesiasticum inaugurare, inauguratumque introducere; alterum vero ex Amplissimi et Prudentissimi hujus Civitatis Senatus, Academia nostræ Compatrioti Munificentissimi suffragiis, Juris Professorem electum, in Collegium Dominorum Professorum Senatoriorum cooptare potuerit. Annus vero MDCCXLVII, quemadmodum universæ Academia, ita etiam Viro beato maxime commemorandus existebat, cum per integros L annos Rever. Concilii membris adscriptus, Jubilæum suum Professurale agere potuerit, (61) quod Vir pietissimus humillima gratitudine

G 2 coram

61) Non defuerunt equidem Academia nostræ Professores ex Dei gratia longævi, quos b. M. JOACH. MANZELIUS in Sched. *de gloria Academiae Rostochiensis ex Professoribus longævis 1706* emisso, recensuit: oppido tamen pauci existerunt, qui in officio suo Academico annum quinquagesimum vel attingerint, vel superarint. Præter magnum nostrum CHYTRÆUM, MDLI huc vocatum et MDC denarum, de quo b. SCHÜTZIUS in vita CHYTRÆI libr. 3 §. XL. pag. 441 scribit: *Vixit annos LXX, septimanis XVI, Doctorque in alma*

*Rostochiensis Academiae Rostochiensis*







coram Deo, piisque precibus gratiam sibi concessam deprædicando, intra privatos potius parietes, quam solemnibus lætitiæ signis, accedentibus aliorum plausibus congratulationibusque publicis, ut Academia destinaverat, celebrare voluit.

Tandem anno proxime elapso MDCCLIII Divinæ clementiæ placuit, ardentissimis ejus totiesque repetitis precibus pro beata morte annuere. Adveniebat hora ipsi dulcissima, quamvis Academiæ, Ecclesiæ, Reverendo Symmistarum ordini, imo universæ Civitati lætuosissima, qua ad coelestem Patriam emigraret, æternis gaudiis in sinu Abrahamæ refocillandus. Sane! historia ultimæ ejus vitæ periodi adeo memorabilis mihi videtur, ut non posim non, quin huc applicem verba Pauli, Hebr. XIII. 7: **Gedenket an die, die euch das Wort Gottes gesagt haben, deren Ende schauet an, und folget ihren Glauben nach.** Quapropter ne communi usui, qui hac ipsa narratione optime obineri potest, aliquid detraham, Virumque beatum post mortem adhuc loquentem omnibus, in quorum manus hæ pagellæ incidunt, sistere posim, lingua vernacula eam recensere placer, prout mihi a laudato jam sæpius Viro Excellentissimo. Consultissimo ac Doctissimo, Domino HERMANNO BECKERO, J. U. D. et Prof. P. O. celeberrimo, Fautore meo honoratissimo, ea communicata est, cujus verba ita fluunt: **Die Todesgedanken und das sehnliche Verlangen nach einer seligen Auflösung, mehrten sich insonderheit bei dem Wohlseeligen in dem abgewichenen 1753sten Jahre, und trugen ein grosses dazu bei, theils das Absterben des wohlseeligen Herrn Pastoris Lehmanns an der hiesigen St. Nicolai Kirche, so nebst 2 andern, nur noch die wenigen waren, die er nicht als Director Ministerii ordiniret und introduciret hatte, theils der schwächliche Zustand seines auß innigste geliebten Schwiegersohnes, Herrn Pastoris Gerlings an der hiesigen St. Marien Kirche. Seit meiner seligen Frau Mutter Tode hatte der seelige Mann sich allemahl die Gedanken in dem Kopf gesetzt, daß da der 3te November sein Geburts und Hochzeittag, der 1ste November aber der Sterbetag seiner Ehe-Genossin, auch der Monath November ihm seinen Erbsungestag mitbringen würde. Diese Gedanken mehrten sich insonderheit in dem**

**Rostochiensis publicus fuit annos ferme L, et b. BARTHOLOMÆUM KLINGIUM, J. U. D. et P. P. O., qui teste b. MANZELIO jam citato, tutatus est Professorii muneris partes per L annos, quem Beato nostro ad latus ponere possim, hæcenus inveni neminem. In primis id memoratu dignum est, Rostochium nostrum intra biennium duo vidisse exempla Virorum semiseularia sua celebrantium. Præter b. enim nostrum Dnum Directorem, MDCCXIV Feria I Paschatos, b. Dnus OTTO PETRUS MOELLERUS, ab anno MDCXCIV Diaconus Jacobeus meritisissimus, Beati nostri Collega in uno eodemque coetu Sacro, Jubilæum suum Ministeriale lætus transegit. Vid. Weiräge zu den Actis H. E. Tom. I pag. 782. Cujus rei simile exemplum in Ministerio Ecclesiastico Rostochiensis a tempore Reformationis reperire haud potui, quamvis b. nostrum GRAPUUM, in evangelischen Rostoch, a pag. 175 usque ad pag. 217, membra Rever. Ministerii fideliter recensentem, eum in finem consuluerim.**



dem verwichenen Jahre. Ob nun gleich an seiner Brust sich eine  
 Wir eines Geschwürs zeigte, dazu er sich des Beiraths eines Medici  
 und eines Chirurgi bedienen mußte, so urtheilten doch beide, daß  
 es nur in der äußerlichen Haut, und wenn er die Kräfte dazu hätte,  
 am besten seyn mögte, wenn es ausgeschnitten würde, da ihm aber  
 dieselben fehlten, nunmehr am süßlichsten aufgegeben werden könnte,  
 so denn auch geschah. Gegen Ende des November-Monaths hatte  
 das Befinden seines Schwiegersohns des Herrn Mag. Gerlings sich  
 merklich verschlimmert, und da selbiger das Bette hüten mußte,  
 wünschte er herzlich, meinen sel. Herrn Vater zu sprechen, der sich auch  
 noch den 21sten November zu ihm tragen ließ, und fast über nichts  
 als starke Mattigkeit klagte, so auch den 22sten überhand nahm, da  
 sich denn äußerte, daß das Geschwür sich aufs neue zusammen gezo-  
 gen, und stark inflammiert hätte. Weilten indessen noch eine Com-  
 munion im Hause bestellet war, besorgte er selbige noch selbst am  
 23sten November, obgleich schon damahl der Anfang des Fiebers sich  
 mit starken Frost äußerte, worauf eine ausnehmende Hitze erfolgte,  
 so daß er auch das Bette ergreifen mußte. Gegen dem Abend aber  
 gab Gott, daß es wieder in etwas abzog, und ich mich, als um 6  
 Uhr zu ihm kam, wunderte, mit welcher Sorgfalt er sich um ein ge-  
 wisses Geschäft bekümmerte, welches er mir aufgetragen, und beäng-  
 stiget war, mir die Schriften zu verschaffen, die dazu erfordert wür-  
 den, so daß ich nur alle Mühe anwenden mußte, ihm diese Gedanken  
 aus dem Sinne zu reden. Den 24sten November aber um 1 Uhr  
 fing das Fieber mit voller Heftigkeit wieder an, so daß ich mich auch  
 äußerst wunderte, wie ich ihn des Nachmittags um 1 Uhr bereits  
 sehr in der Gestalt geändert funde. Indessen continuirte es mit Ab-  
 wechselung den ganzen Tag und die Nacht durch, dabei jedoch aber  
 Zeiten kamen, darinn sich der Schlaf natürlich einfand, und wenn  
 er erwachte auch verschiedene Discurse mit vieler Munterkeit führte,  
 so daß ich mir gewiß sein Ende nicht so nahe fürstellen konnte. Am  
 25sten November aber, der damahl auf den 23 Sonntag nach Trini-  
 tatis fiel, und den Schluß des Kirchen-Jahrs machte, fingen schon  
 des Morgens gegen 7 Uhr an sich die Vorbothen eines instehenden  
 Todes bei ihm zu äußern, und ich leugne nicht, daß mit der größten  
 Bewegung meines Gemüths mich erinnere, wie der selige Mann des  
 Morgens um halb 7 Uhr, da er für sich in Gedanken gelegen, deutlich  
 zu zählen angefangen: fünf, sechs, halb 7, nachhero aber mit einem  
 Kopfschütteln, und Verwunderungs Zeichen hinzugefüget: Jedoch! es  
 ist des Vaters Wille. Er lag indessen mit Gebeth und Seufzen bei  
 guter Besinnung fort, bis des Nachmittags um 3 Uhr, da er denn  
 noch zu verschiedenen mahlen mit vernehmlicher Stimme die Verse  
 aus den Gesängen: Hilf daß ich ja nicht wanke gebetbet,  
 auch die jüngste Schwester, der seine Neigung zu diesen Gesängen be-  
 kannt, die Worte: Dein Geist zeiget mir das Erbe Jesu!  
 höre noch ein Flehen, Schlag ihm vorgebetbet, so er läch-  
 te bei sich nachbethete, gleichfals wieder vor sich angefangen die Worte  
 zu seufzen: Drum bit ich dich Herr Jesu Christ, halt mich bei den  
 Gedanken auch etwa gegen 6 Uhr er mit matter Stimme  
H die



die Worte: Komm! komm! aussprach, da denn bei Vorberthung der Händebrücken zu erkennen gab, daß er mit noch guter Bestimmung selbige auf sich angewendete, biß endlich gegen Abend schiene Gesicht, Gehör und Sprache abzunehmen. Worauß er unter Seuffzen und Bethen der Umstehenden, unter welchen sich meine jüngste Schwester besonders distinguirte, zu der von ihm selbst am Morgen angemerkten Stunde, sanft und selig in dem Erdsfer, den er angerufen hatte, entschlief. Gott mein Heil! laß das mir bestimmte Ende nach deiner Barmherzigkeit sein, wie das Ende dieses Gerechten. Cui pio voto Viri Consulitissimi et ego mente manuque subscribo. Es hatte auch der selbige Mann bereits seit einem halben Jahr die Gewohnheit, sich des Abends beim Schlafen gehen, von der jüngsten Schwester einen Gesang zur Haus-Andacht noch im Bette vorlesen zu lassen. Kurz vor seiner Krankheit aber that er ihr den Vorschlag, ob sie wohl staar eines Abendgefanges sich entschließen wolle, ihm ein Sterbelied vorzusagen, da er denn bei der von ihr erfolgten Erklärung, wie sie dieses um so eher thun wolle, als sie ja selbst nicht wissen könnte, wenn Gott ihr Ende bestimmet, sich herzlich darüber gestreuet, und in die Worte ausgebrochen: O Gottlob! welche Gewohnheit er denn auch biß an sein letztes Lager behalten.

Videbitis, ex hæcenus vobiscam *Cives Academia O. O. H.* communicata virtutum ac meritum Maxime Venerabilis nostri quondam Domini Senioris recognitione, quot quarumque bonum in eximio hocce Viro perdidimus. Certe! quemadmodum, ut vulgo dicere solemus: Bonus Vir commune bonum est, ut adeo qui bonum Virum amittit, iacturam communis boni pariat; sic etiam in b. nostro Dno BECKERO *Academia* amisit Professorem diligentissimum, qui ultra quinquaginta et sex annos florentissima hic studiose iuventuti omni studio inservivit. Amisit *Ecclesia* insignis decus et ornamentum, Doctorem celebratissimum, orthodoxie et pietatis laude maxime conspicuum, facundissimumque, qui veritates Divinas, pare et perspicue, nec sine Auditorum suorum fructu tradidit. Amisit *Ministerium Rostochiense* Directorem optimum, comem, mansverum, *εὐνοῦτος*, prudentem, candidum, diligentem, qui nulli unquam labori pepercit. Amisit inelytogens BECKERIANA dulce presidium suum. Amisit *populus Rostochiensis*, inprimis *coetus Jacobeus sacer*, Supplicatorem ardentissimum. Amiserunt ii, et quidem haud pauci, qui *singularum animarum suarum curam ipsi commiserant*, prudentissimum Confessionarium. Amiserunt *pauperes et egeni* omnis generis benefactorem insignem, qui sine omni ostentatione clemofynas liberaliter erogavit. Amisit *tota denique Civitas* exemplum pietatis et virtutis omni imitatione dignum. Jactura certe! quamvis eo gravior aestimanda, quo majus bonum est quod perdidimus, tamen ita ferenda, ut Divina voluntati nos submittamus, Venerandoque huic Seni quierem, quam ardentissime anhelavit, non invidemus, acceptumque ex manibus dulcissimi Servatoris, cui in vita sua firma et radicata fide adhaesit, coeleste bra-beum ex animo gratulemur. Id interim agamus strenue, ut memoriam meritorum ejus apud nos nulla unquam oblirescat ætas, DEUMQUE T. O. M. imploremus humillime, ut gentem BECKERIANAM dulci solamine erigat, omnique benedictionis coelestis genere coronet, *Academie vero Ecclesieque nostræ* quam clementissime concedat Viros, Domino nostro quondam Seniori et Directori maxime Venerabili si non prorsus æquales, tamen non dissimiles.

SIT MEMORIA HUIUS IUSTI IN BENEDICTIONE AD SEculi USQUE CONSUMMATIONEM!

P. P. SUB SIGILLO PRO-RECTORALI, DOMIN. PALMARUM  
MDCCLIV.



Nr 1085<sup>a</sup>

4<sup>o</sup>

ULB Halle

007 401 329

3









39

ULTIMVM  
HONORIS ET MERITORVM  
MONVMENTVM,



VIRO

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO,  
EXCELLENTISSIMO AC DOCTISSIMO,

DOMINO

O BECKERO,

IAE, REVER. COLLEGIJ DOMINORVM  
NATORIORVM, AMPLISSIMAE FACVLTATIS  
EC NON REVERENDI MINISTERII ECCLESIASTICI  
INO SENIORI SVMME VENERABILI,

INFERIORVM PER LVI ANNOS P. P. O.  
LONGE CELEBERRIMO,

LESIASTICI DIRECTORI ET SCHOLARCHAE  
GRAVISSIMO,

VE D. IACOBI PASTORI RELIGIOSISSIMO,  
VIGILANTISSIMO,

MIA ET ECCLESIA NOSTRA,  
CISQVE IN VIRAQVE GESTIS

T SINGVLIS SVMME PROMERITO,  
POSTQVAM


ER BEATAM ANALYSIN,

N IPSO FVERAT MORTALIS,  
E XXV. NOVEMBRIS MDCCLIII

DEPOSERAT,  
IAE NOMINE ERECTVM,

PER  
ACH. HENR. PRIES,

RAL. P. P. O. ET AD AEDDEM D. IOH. PASTOREM  
E ROSTOCHIENSIS PRO-RECTOREM,



ROSTOCHII,

IACOBI ADLERI, SEREN. DVCIS ET ACAD. TYPOGR.

